

109
I O: S V P E R A N T I V S
D V X L I.

*Electus Mense Augusti, Ann. 1314. atatis sue 72. Obiit
cadente Decembri 1328. Principatus sui Ann. 14.*

V E T V S E L O G I V M .

Tragurium, Spalatrum, & Sebenicum sub iuga mitto.

L I.



O: Superantius sanguine clarus, divitiis affluens,
vultu severus, ingenio mitis, fortunæ, hominum,
Elementorumque ferociam, quæ in Rempubli-
cam conspiraverant, superavit, eaque indulgentiâ
Iaderenses in fidem recepit, ut januam eis quasi
aperuerit septimò rebellandi. Procuratorum tunc
D. Marci numerus auctus: Sacris Respublica restituta, interprete
Francisco Dandulo, cognomento Cane; non quod ferreà vincitus ca-
tenâ ad mensam prostratus Pontificis jacuerit; hoc enim & in Sa-
cerdote superbiam; & in Legato abiectionem argueret; sed ex co-
gnomine, quod in Republicâ familias quandoque fecernit. Victâ
Clementis irâ, in Venetos verè clemens rescripto prohibuit; ne
amplius